



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Qvarta Conclvsio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

steriorum prior etatis anno 19 Secundus 20 Sed
 & primus atque alter in ordine non multo
 majore etate, (ut quia senior anno salutis
 humanae reparatae 1502 natus) doctoratus in-
 signia ad lauream in Academia nostra cum lau-
 de consecuti sunt, eoque merito suo evicti,
 ut primo Cardinalitia dignitas scriptis clarissi-
 mo deferretur, Secundo ordinaria professio
 Iuris in eadem Academia, idemque & ter-
 tius consiliis dandis à diversis maximis princi-
 pibus postulatus. Postremus etiam Rote Romanae
 auditor & Legatus Pontificis sub Nuncij Apo-
 stolici titulo factus sit. Sed horum dives haec A.
 cademia Matthaeus Boyss Doctor.

Si igitur tantus pater sicut Hostien. deffinire qua-
 stionem dubitaverit: nunquid merito mihi timor ad-
 est: salva tamen tantorum patrum auctoritate cre-
 derem opi. Inno. quae communior est, & suorum
 sequacium magis aequitati consonam: Ex qua talem in-
 fero conclusionem.

QUARTA CONCLUSIO. vid pag seq

Licitum est Laico Clericum in crimine
 flagranti repertum capere, si de fuga sus-
 pectus sit, vel aliter ab ejus injuria com-
 pesci non potest, & hoc citra poenam ex-
 communicationis, ut quam citius suo ju-
 dici remittatur pro justitia ministranda.

AD-

Clericus in flagranti crimine deprehensus à publicis apparitoribus, & etiam à privatis reip. favore capi potest, Julius Clarus in praxi criminali, quæst. 77 tum etiam fugitivus Clericus à creditore impunè capi potest. Alciatus in cap. Cum non ab homine, num. 74 de Iudic. Adde Harāmannum in practi. obser. in miscellanys obser. 5. egregiè & latè deducit Paris de Puteo, in Syndicatu, verbo Clericus. Et Dias in praxi criminali tit. 123 ubi Ignatius Lopes, in littera D. Francif. Vivius in commun. opinio. in verbo Iudex Laicus, opinione 162 Matthæus Boyß Doctor

Ex præmissis etiam infertur alia conclusio sub hac verborum serie.

Quinta Conclusio.

Licitum est Laico Clericum debitorem suum fugientem, aut rem suam asportantem capere. Infertur & alia conclusio generalis in hæc verba.

Sexta Conclusio.

Licitum videtur illis Clericum capere quibus licitum est percutere. In quibus casibus crederem excommunicationis pœnam evitari, & istud esse tenendum saltem post factum, ut hic voluit Ioan. de Imol. unde dicit Sicul. post Ioan. Andr. in simili sæpe unum consuli-

mus

mus ante factum, cuius contrarium consulimus post factum: *in ca. nihil. de elec. 6. colum. ad quod fac quod no. in c. verum de iurejurando*, quod dicit idem Sicul. esse notandum maximè, quia negari non potest, quin isti casus reddantur valdè dubitabiles ex tantorum doctorum contrarijs opinionibus *ar. eorum quæ no. in c. 1. de postu. lib. 6. & in regula. ff. de juris & facti ignorantia.*

Sicq; crederem consuetudinem in præsentis regno excusare quæ est optima legum interpret *c. cum dilectus de consue. l. si interpretatione ff. de legi. & de huiusmodi consuetudine loquitur Hostien. in sum. tit. de re judi. §. quis debet. vers. fallit.* Et cum Papa sciat huiusmodi consuetudinem, & eam toleret, non videtur velle vinculum mittere. facit *gl. in c. 1. de treu. & pace & quod ibi. no. doct.* Et per hoc crederem Officiarios Regios capi-
pientes Clericos delinquentes de fuga suspectos excusari, maxime ubi Episcopus non habet de facto potestatem capiendi. Sicut Archiepiscopus Tholosanus qui non habet captionem nisi infra septa quædam. Debent tamen ijdem officarij si Clericus captus accusetur de crimine
capitali & petat se remitti ad Episcopum, eundem Clericum remittere sub fida custodia ita tenet Bald. post
Jacob. Bu, *in l. eos. §. super his C. de ap.*

A D D E

Hunc locum de remissione Clerici notat Ignatius Lopes ad Bernardum Diam *c. 123 in littera E. ubi notatur esse remittendum Clericum cum ignominia, citat etiam ibi nostrum auctorem, Mattheus Boyss Doctor*

Sed nunquid iuformationes & acta debet etiam remittere, videtur quod sic per dictum
§. econtra videretur, quia illis dari non debet cum non valeant facta à iudice seculari. *cap. ut si cleri-*

*clerici de jud. in dicta authen. §. super his loquitur
ext. de his actis que valent* Concludit Baldus in
loco præallegato quod debeant acta remitti & ita ser-
vatur, quia licet eis non stetur, proderunt tamen
ad aliqualem probationem & informationem: secun-
dum Jac. But. intellige de actis factis antequam iudex
sæcularis sciret eum esse Clericum, nam postea acta
essent illicita, ex quibus iudex puniri deberet.

75 Sed cuius expensis fiet huiusmodi remissio: bre-
viter crederem dicendum, quod expensis ipsius Cle-
rici se remitti petentis ad iudicem ejus, ad quod. *h.
quoniam liberi. C. de testib. & l. cum sepe C. de ero. mil.
anno. lib. 12* unde dicit Bald. in *l. generaliter. §. his de
presentibus C. de re. ere.* cum quidam ad Regem appel-
lasset & petebat se remitti ad curiam regis, & oport-
tebat, quod remitteretur cum custodibus, quod
ipse facere debet expensas custodibus.

A D D E

*Idem tradit Menochius casu arbitra. 228 n.
8. & 9. Si pauper sit, remittitur expensis E-
piscopi. Vide Ignatium Lopes in loco proxime
dicto. Vivium in communi. opinionibus opini.
162 Iudex Laicus. Matthæus Boys. Docto.*

Sed quid si forsan Clericus non habeat unde
dict. quod remissio fiet expensis Episcopi remissionem
fieri petentis, per jura prædicta, maxime cum ad
eum emolumentum jurisdictionis pertineat regula ju-
ris qui sentit. & ita servatur in præsentis civitate.
ad hoc bene fa. quod dicit. Bald. in *titul. de pace
venen. §. si iudex*, videlicet quod si iudex petat

remissionem ex officio fieri debet expensis illius
 terræ ad quam fit remissio. *ar. l. mulier. in opus.*
ff. de capti. Ioan. Fa. videtur tenere contrarium in
l. l. C. de officio proconsu.

Sed quid de expensis victualium factis in 76
 carceribus iudicis sæcularis; similiter dicerem
 ipsum Cle. teneri usque ad tempus requisiti-
 onis, seu quo pervenit ad iudicis cognitio-
 nem, quod talis esset Clericus, Barto. *in l.*
sanctum ff. de rerum divisi. dicit quod carce-
 rato ministrari debent expensæ per eum qui
 procuravit captionem, non autem per iudi-
 cem. unde Bart. idem voluit *in suo tractatu.*
de carceribus in fine, ubi dicit quod si aliquis
 debitor fuerit instante suo creditore captus,
 & debitor non sit solvendo, ita quod non
 habeat unde se possit sustentare, creditor te-
 nebitur ipsum alere in carceribus. Idem te-
 net Angelus, *insti. de actio. §. si. in fine. Ioan.*
Fa. insti. de actio. §. sed & si quis. dicit si quod
 ille qui fecit eum capi, nolit victum mini-
 strare, si captus non habet unde se alat, bene
 faciet iudex, si permittat ipsum abire, & vi-
 detur notari. *C. de ero. mili. anno. l. si. li. II*
& fa. ff. ad exhi. l. sed si hereditas, nisi posset
adinveniri de alimonis. C. Epis. audien. l. ju-
dices. tamen crederem quod à tempore mo-
 ræ, Clericus non teneatur quicquam solvere
 quia mora debet esse nociva, detinent ex re-
 gu-

gula juris, mora, nec ex culpa vel dolo suis quis debet commodum reportare. & ita servatur nec propter dicta ad expensas detineri deberet, cum videtur esse civile debitum pro quo Clericus non est detinendus. Io. An. & ibi Dominicus. *in cap. si clericos de sen. excom. lib. 6.* & *Antho. in cap. Odoardus. de solu. de quo in cap. 1. de depo.* & hoc etiam si sit conjugatus ut tenet Lopus de Castell. *alle. sua. 118.* & *Dominicus in cap. unico de Cler. conju. lib. 6.*

TERTIA QUÆSTIO.

77 Tertio principaliter quæritur nunquid laico domino Clericum ejus vasallum à feudo propria auctoritate licitum sit expellere, cum feudum est apertum ipsi domino.

ET videretur, quod sic, per dictum Inno. in proxima quæstione allegatum de quo *in cap. verum de fo. compe.* ubi dicit secundum Sicu. quod cum dominus feudi habeat jurisdictionem ordinariam in vasallos in concernentibus ipsum feudum qualiscunque sit dominus quantumcunque vilis sit vel rusticus per legem Frederici, qui incipit, *Imperialem. de probi. feu. alie.* & hoc sive principatus, sive comitatus, sive castellania, vel alia hujusmodi concedantur in feudum, & hoc procedit sive vasalli, sive laici, sive clerici sive Ecclesiast. unde